



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 91. Franciæ Episcoporum Conventus Bituricensis ob Pragmaticam
Sanctionem ab eodem Cardinale convocatus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

inquiri, atque facinoris convictum ante ^{Sæcul. XV.}
 fenestras domus suæ laqueo suspendi A.C.1452.
 jussit.

§. XCI.

Franciæ Episcoporum Conventus Bituricensis ob Sanctionem Pragmaticam ab eodem Cardinale convocatus.

Idem Cardinalis, ubi in Franciam venerat, Biturigibus Episcopos Regni convocavit, qui de opportunis pragmaticam sanctionem exequendi mediis deliberarent. Plurimum quidem sese Burdegalensis Ecclesiæ Delegati, ac Petrus eorum Archiepiscopus horum consiliis opponerent, summo Pontifici plenam auctoritatem esse conservandam contententes; nihil tamen evincere poterant, nec alius quisquam, præter Eliam Petrocoriensem Episcopum, eorum partibus accessit.

§. XCII.

Idem pacem inter Galliæ Regem, & Sabaudicæ Ducem conciliare conatus.

Eodem tempore Carolus VII. Biturigibus agens, Sabaudicæ Duci bellum indixit, eoquod in confinia Regni per sæpe incurfasset, & inconsulto Galliarum